

stantibus temporis. deinde si per durationem solum intelligatur retinere idem esse in sequenti instanti, quod in praecedenti habuit, hoc etiam sensu, Deus dici potest ut duret, quomodo manifestum est, cum ipse totus in hoc instanti sit, sicut totus fuit idem inuariatus in praecedenti, & idem ab eterno fuit, & in eternum est, & erit.

37 Obijcies contra allatam temporis definitionem supra in, in hac lect. 1. no 3. si tempus esset numerus motus secundum prius & posterius, primum mobile esset mensura sui ipsius; at hoc inconveniens est; ergo &c. minor pater, quia tempus identificatur cum motu primi mobilis, agitur si tempus est mensura motus & non mensura sui ipsius. A tempus non est numerus sed mensura

Respondeo, distinguo maiorem, secundum eandem formam, nego maiorem; secundum diuersam formalitatem, co-
cedo maiorem; unde si implicat primum, non implicat secun-
dum, quod est minoris propositionis solutio, & si identificantur
tempus & primum mobile entitatue, non identificantur for-
maliter, quod mihi satis est ut negare possim ultimam conse-
quentiam, nam non esset adem, mensura, & mensuratum for-
maliter, si entitatue.

38 Conditiones temporis, prout nostra mensura est, assigno,
qua sunt res, prout tempus in ratione mensurae consideratur,
prima est, quod sit aliquo modo indivisibilis, videlicet ut mensura
est, quia ut talis est principium rei mensurabilis, secunda
conditio est, ut sit notior te mensurata certa conditio est, ut sit
inuariabilis; haec de conditionibus mensure temporaneae, & alia-
rum mensuratum.

39 Alium sumit ut proestate diuturna, sic senes longevi dicu-
ntur, & sic aeternitas etiam vocari potest aequaliter propriissime vero
etiam rerum naturalium vera duratio dicitur, videlicet eorum,
qua natura sunt incorruptibiles, quoniam res ex parte prima causa
corruptibiles sunt, ut est anima rationalis & angelus, calum &c.
Vnde meo iudicio etiam est quedam media duratio inter tem-
pus & eternitatem; est ergo tempus duratio motus successivus
eternitas est existentia indivisibilis Dei; etiam est duratio rerum
permanentium naturaliter incorruptibilium; haec de tempore reali-

40 Quid dieendum sit de tempore imaginario dicam breui-
ter. Vnde noto primo, quod negationes rerum aequaliter absoluta-
rum, aquæ, ignis &c. sunt in loco per negationes ubicationum illarum rerum, & earum negationes item per negatio-
nes